



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Notitia Congregationum Et Tribunalium Curiæ Romanæ**

**Plettenberg, Hunold**

**Hildesii, 1693**

Cap. XXXVIII. De Congregatione super Re monetaria.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63032](#)

3. Admonebit etiam hæc Congrega-  
tio Typographos & librorum correctio-  
ni Præfectos in omnibus Christiani Or-  
bis Regnis & Provinciis, ut in hujusmodi  
librorum editione ad Vaticanæ impres-  
sionis præscriptum, ac normam omnino  
se conforment. *Sixtus V. cit. Const. 79.*  
Hanc vero Typographiam deinde Pau-  
lus V. Camerali Typographiæ univit, &  
Cameralis nuncupatur, atque ita Con-  
gregatio hæc sublata videtur,

## CAPUT XXXVIII.

### *De Congregatione super Re Monetaria.*

1. Qui pertineant ad hanc Congregationem.
2. Quid in ea tractetur.
3. Ronfres Monetæ, eamque adulterantes quo-  
modo puniendi.

#### I.

**A**D hanc Congregationem pertinent  
quatuor Cardinales, & quidam ex  
Camera Prælati, quorum caput unus  
est ex dictis Purpuratis, in cuius ædibus,  
cum necesse est, convenient.

2. Tra-



2. Tractatur in hac Congregatione de cedula Moneta , de valore peregrinæ pecuniae in statu Ecclesiastico, de obviandis fraudibus , &c justitia in lubricis pecuniae commerciis tuenda.

3. Sancivit vero Pius V. *Const. III.* Cum nil magis, ut Tonsores Monetæ tam aureæ , quam argenteæ ultimo suppicio plectantur; Quod etiam approbavit Urbanus VIII. *Const. 75.* In superna , & Monetam adulterantibus , faventibus , seu instrumenta adulterationis retinentibus scienter poenas imposuit per decennium.

## CAPUT XXXIX.

### De Congregatione super Negotiis Baronum Status Ecclesiastici , & Monitum.

1. Occasio institutæ Congregationis Baronum.
2. Mandata contra Barones exequitur.
3. Inter emptores honorum Baronum admittitur etiam Camera Apostolica.
4. Nullæ investituræ aut contractus tueri posunt Barones.

5. Qui